Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& haec dicit & hoc credidit. & pro mensura credentium
uel possibilitate sumentium diuersa nominat. Potest
tamen & hoc intellegi quod post resurrectionem suam
quem mane ostendimus fractum credentes repleuerit
panibus. proeo qd libros legis & prophetarum ignotos
prius & incognitos dederit nob. & ad instructionem
nostrem haec ecclesiae instrumenta concesserit.
Vt ipse sit quidem panis in euangelio. Ceteri uero
libri legis uel prophetarum uel historiarum plures
appellati sunt panes ex quibus replentur qui ex gentib.
credunt. Quod tamen non sine prophetica auctoritate
factum docemus. praedixerat quemque esse ter
prophetae hoc modo. Ascendent in montem. bibent
uinum. unguent unguento. tradet haec omnia gentib.
consilium enim domini omnis hoc est. Si ergo comedent
& cerne ad uespere accepimus. & panib. mane replebimur.
qui ante possibile erat nob mane cerne edere. non du enim
tempus erat. sed nec meridie potentemus. Ubi enim angli
edunt cerne meridie. & illi fortassis ordini meridiano
concedit tempus. Praeterea & illud intellegere pos
sumus qd unicuique prim mane est & initium diei.
illud tempus quo primo inluminamur & ad lucem fi
dei accedimus. In hoc ergo tempr quo adhuc in prin
cipiis sumus. cerne uerbi comedere non possumus